Apud *Pyrethrum Sinense* corpuscula fusiformia similia ac in Ficu et similiter motu distincto gaudentia, forte etiam copiosiora vidi sub cortice, post macerationem aliquot dierum. Quoque ibi (atque in aqua ambiente) observavi Bacteria varia et talia formae solitae, composita aut simpliciora, zonas angustas offerentia iodo plus minusve violaceae tinctas; apex solus uterque summus fragmentorum (frustularum) tunc tingitur [1]).

Ex his observationibus concludere liceat, *Amylobacteria* ejusdem naturae esse ac Bacteria iisdemque affinia.

Corrigenda.

Pag. 525 lin. 5 lege commendare.
„ „ „ 7 „ quale.

Pag. 564 Zeile 21 von oben lies Sagedia statt Sagodia.
„ „ „ 2 „ unten „ letzterem statt letztere
„ „ „ 4 „ „ „ männliche statt nämliche.
„ „ „ 6 von oben „ die Sporen statt der Sporen.
„ 570 „ 1 „ „ „ schachbrettförmig statt schachförmig.
„ 571 „ 10 von unten „ liefertem statt lieferte.

Musci novi, quos in Peruviae meridionalis orientalis provincia Carabaya legit Dr. J. K. Hasskarl, autore E. Hampe.

Trichostomum (Leptodontium) papillosum Hmpe.

Laxe caespitosum luteo-viride 2—3-unciale. Caulis primarius decumbens, parce tomentosus fuscescens, vage ramosus, ramis adscendentibus elongatis gracilibus simplicibus vel parce ramosis, sterilibus apice conglobato-capitatis lutescente-viridibus, omnibus laxe foliatis. Folia subtrifaria laxe imbricata e basi decurrente amplexicaulia, late ovato-lanceolata, carinata, squarroso-reflexa, margine basi revoluto integerrimo, apice erosodenticulata, nervo solido lutescenti, summo apice evanido vel excurrente (folia) apiculata, dorso papillosa, cellulis basilaribus subellipticis, fusco-luteis, intermediis aggregatis abbreviato-line-

1) Etiam in larva alba dipterica vidi quodque segmentum supra fascia et segmentum anale fere totum iodo addito violacee tingi, quod hic obiter notandi venia detur.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05980-0582-7

Apud *Pyrethrum Sinense* corpuscula fusiformia similia ac in Ficu et similiter motu distincto gaudentia, forte etiam copiosiora vidi sub cortice, post macerationem aliquot dierum. Quoque ibi (atque in aqua ambiente) observavi Bacteria varia et talia formae solitae, composita aut simpliciora, zonas angustas offerentia iodo plus minusve violaceae tinctas; apex solus uterque summus fragmentorum (frustularum) tunc tingitur [1]).

Ex his observationibus concludere liceat, *Amylobacteria* ejusdem naturae esse ac Bacteria iisdemque affinia.

Corrigenda.

Pag. 525 lin. 5 lege commendare.
„ „ „ 7 „ quale.

Pag. 564 Zeile 21 von oben lies Sagedia statt Sagodia.
„ „ „ 2 „ unten „ letzterem statt letztere
„ „ „ 4 „ „ „ männliche statt nämliche.
„ „ „ 6 von oben „ die Sporen statt der Sporen.
„ 570 „ 1 „ „ „ schachbrettförmig statt schachförmig.
„ 571 „ 10 von unten „ liefertem statt lieferte.

Musci novi, quos in Peruviae meridionalis orientalis provincia Carabaya legit Dr. J. K. Hasskarl, autore E. Hampe.

Trichostomum (Leptodontium) papillosum Hmpe.

Laxe caespitosum luteo-viride 2—3-unciale. Caulis primarius decumbens, parce tomentosus fuscescens, vage ramosus, ramis adscendentibus elongatis gracilibus simplicibus vel parce ramosis, sterilibus apice conglobato-capitatis lutescente-viridibus, omnibus laxe foliatis. Folia subtrifaria laxe imbricata e basi decurrente amplexicaulia, late ovato-lanceolata, carinata, squarroso-reflexa, margine basi revoluto integerrimo, apice erosodenticulata, nervo solido lutescenti, summo apice evanido vel excurrente (folia) apiculata, dorso papillosa, cellulis basilaribus subellipticis, fusco-luteis, intermediis aggregatis abbreviato-line-

1) Etiam in larva alba dipterica vidi quodque segmentum supra fascia et segmentum anale fere totum iodo addito violacee tingi, quod hic obiter notandi venia detur.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05980-0582-7

aribus seriatis, in lamina superiore densioribus, angulato- rotundatis papillatis; perichaetialia conformia. Setae breve apicales graciles solitariae vel binae erectae. Theca parva subcylindrica; dentibus peristomii subulatis elongatis didymis parce nodulosis sanguineis; operculo ....; calyptra glabra normalis.

Habit in Peruviae orient. merid. prov. Carabaya prope Sandia ad. rivul. Tuché Cordill. orient. 4000′ spr. mare, inter *Dicranum heterostachyum*; Jun. 1854 leg. Dr. J. K. Hasskarl.

Adn. Ex habitu *Leptodontii lutei*, sed differt structura interna, foliis papillosis.

Anoectangium Lechlerianum Schmp. var. *laetior.*

Dense caespitosum usque ad novellas fusco-tomentosum unciale vel biunciale fastigiatum flavescenti-viride. Caulis gracilis erectus, hinc inde diviso-ramosus, laxe foliatus. Folia subspiraliter torta crispula, humida patula, carinata, anguste lanceolata, integerrima, nervo excurrente cuspidata, cellulis inferioribus laxioribus subquadratis diaphanis, superioribus densioribus et minoribus punctatis, subopacis; perichaetialia convoluta, basi appressa, late ovata acuminata, cellulis basilaribus elongato-quadratis laevibus, pellucidis, superioribus angulato-punctatis. Seta gracillima lateralis erecta flavescens, vetusta purpurascens; thecae pyriformi-ovata laevis brunnescens, apice cingulo nigricanti, operculo oblique rostrato; calyptra angusta glabra.

Habit. Cum priore, Majo.

Adn. Statura laetiore, foliis longioribus laete viridibus ab exemplis Schimperi differt.

Dicranum (Campylopus) heterostachys Hmpe.

Dioicum, laxe caespitosum, basi fuscente-tomentosum, superne rufescente-viride, 1½—2—3″ altum, subfastigiatum. Caulis prolifero-adscendens erectus interrupte, tomentosus, inferne attenuatus, superne comosus, diviso-ramosus. Folia laxe imbricata erecto-patula, subsecunda, superiora falcata vel erecto-patula comosa, e basi latiore subplana, lanceolato-subulata, apice canaliculata, parce dentata, nervo latissimo striato, basi tertiam partem folii superante, superne folium totum occupante, cellulis alaribus laxis hyalinis, lateralibus pentagono-elongatis, ad marginem minimis angulato-ellipticis vel rotundis segregatis, tota (folia) lutescentia; perichaetialia latiora et breviora, late ovata

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05980-0583-3

acuminata, interiora integerrima, nervo angusto striato pellucido. Setae aggregatae breves flexuosae; theca obovata incurvata sulcata, basi strumulosa, operculo brevi conico-subulato rubro, basi nigricante; peristomii dentibus purpureis inflexis, lanceolato-subulatis, usque ad medium bifidis, cruribus filiformibus elongatis sanguineis; calyptra thecae dimidium attingente, basi nuda.

Habit. cum prioribus.

Adnot. *Dicrano subconcolori* Hmpe. proximum, differt statura graciliori, coma patula vel falcata, folii nervo latiore striato et cellulis alaribus laxis hyalinis.

Bartramia Hasskarliana Hampe.

Dioica, subdendroidea alata, 4—6-uncialis, lutescente-viridis. Caulis basi attenuatus, debilis simplex, vel parce interrupte ramosus, usque ad comam tomentosus, inferne laxe foliatus, superne verticillato-fasciculatus, ramis brevioribus densius foliatis patentibus. Folia breviora omnia squarruloso-patula, caulina latiora ramorum angustiora sessilia, ovato-lanceolata, nervo flavescente percursa, cuspidata, basi pluries plicata, margine paullo reflexo, apice denticulato-serrata, cellulis basilaribus subquadratis, ceteris angustioribus elongatis nodulis minimis clausis, papillosa. Seta brevis gracilis, ramos paullo superans; theca leptoderma rotundato-ovata, horizontalis, magna, sicca plicata apice contracta; peristomium parvum inflexum duplex, dentibus exterioribus lato-lanceolatis solidis purpureis, interioribus membrana plicata laciniata lutescente; caetera desunt.

Habit. cum praecedentibus.

Adnot. *Bartramiae macrothecae* Hmp. affinis, differt: foliis brevioribus, omnibus squarruloso-patentibus, ramis brevioribus, seta magis exserta.

Blankenburg Hercyniae Mens. Octobr. 1865.

Dr. E. Hampe.

Die neuesten lichenologischen Arbeiten des Hrn. Professor Garovaglio zu Pavia.

(Schluss.)

Wie bekannt, pflegt bei den Botanikern jener Complex von Wesen als Spezies definirt zu werden, welche sich im Allgemeinen

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05980-0584-8

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1865

Band/Volume: 48

Autor(en)/Author(s): Hasskarl C., Hampe Georg Ernst Ludwig

Artikel/Article: Musci novi, quos in Peruviae meridionalis orientalis provincia Carabaya 580-582